

stri renouatur, tenentur ei dare viginti cubulos vini, centum panes & vnum bo-
uem. Si quis autem herede carens decesserit, libere disponat suam possessionem
siue ecclesie seu cuilibet suorum cognatorum. Si quis vero uoluerit de villa
recedere, venditis omnibus suis edificijs libere possit abire. Quicumque vero
Burgensis per aliquem extraneum in rebus suis dampnum pateretur, et idem Ma-
lefactor ab eodem burgense in villa sua recognosceretur, Rihtardus eius loci
inter eos faciat Justiciam. Prima meta terre eorum incipit de villa Ivanc, ab
oriente et tendit versus meridiem ad arborem narfa vocatam & protendit vsque
aquam Pline infra capellam sancti Petri, vadit super aquam ad occidentem, per-
uenitur ad riuulum qui vulgo dicitur Blizna, et per eundem riuulum vertitur ad
meridiem, pervenitur ad quandam vallem & ascendit ad magnam viam, per quam
itur ad Thopliz, ibi tenet metas cum Zelko, et cum terra Thoplicz, et inde per
viam superius eundo pervenitur ad duas arbores Zilfa vocatas, inde tendit ad
montem qui dicitur Pechize, vbi sunt cauerne in eodem monte, & progreditur
versus occidentem vsque viam leuatam, ibi tenet metas cum Vekozlau & cum
Gurdon in quodam laco aqueo, et inde gradiens per eandem viam leuatam ad aquilo-
nem pertransit pontem muratum & duos lacus. conterminatur ville Episcopi & tenet
metas cum ea in quodam lacu. Deinde progradiens versus meridiem cadit ad predictum
fluum Plinc & exit ad quandam viam leuatam, itur per eandem, cadit ad aquam, que
vulgo dicitur Bzenice, et per eandem itur ad occidentem, conterminatur ville Bere
(Beretinec) & tenet metas cum ea, inde vadit ad caput aque, ibi cum Radomer tenet
metas, deinde tendit ad aquilonem, cadit ad predictam aquam Plinc, inde con-
terminatur ville Domse & tenet metas cum ea. Deinde tendit ad magnam viam
per quam itur ad terram Cruciferorum & tenet metas cum ea. Deinde gradiens
ad aquilonem itur ad dumum Coruli, iuxta quem est meta, inde vadit ad viam,
ibi est meta terrea circumfossa, inde vadit ad magnam viam per quam itur ad
Theutonium iuxta quam est meta terrea circumfossa, deinde vadit ad arborem
que dicitur Zilfa iuxta quam est meta, ibi est conmetaneus Iner Iobagio Castri.
Deinde vadit ad portum Drave fluuij magni, per quem fluuium circuit Insulam
que vulgo dicitur Zrepichar, quam nunquam aqua separare possit ab hospitibus
nostris. Deinde progradiens per maiorem cursum fluuij magni pervenit ad pre-
dictam villam Ivanc in qua gradiens priori mete conterminatur. Prestaldi autem
nostri Gurdon de castro Greben, et Zelko terrigena de villa Pritice. Vt igitur hec
Regia donacio ipsis ipsorumque posteris in perpetuum consistat, presentem pa-
ginam scribi et Sigillo nostro fecimus communiri. Datum per manus Magistri
Thome aule Regie Cancellarij. Anno ab Incarnacione Domini M^o. C^o. C^o. nono. Ve-
nerabili Johanne Strigoniensi Archiepiscopo. Reuerendo Bertoldo Colocensi electo
et bano existentibus. Stephano Zagrabiensi, Calano Quinque-Ecclesiensi, Bole-
slao Waciensi, Capano Agriensi, Roberto Bespremiensi electo, Desmo (Desiderio?)
Chanadiensi, Symone Waradiensi, Petro Geuriensi Ecclesias feliciter gubernan-
tibus. Poch palatino et comite musuniensi, Michaeli Vayvoda existentibus. Zacharia
Comite tunc tempore Varasdiensi, Marcello Vaciensi. Julia Budrugensi. Baneone
bichariensi. Nicolao Kemerieni. Ochuz Supruniensi. Moyse ferrei castri. Mocrone
posuniensi. Buzad Geuriensi Comitatus tenentibus. Regni nostri anno Quinto.